nis, poſseſſio ipſa non eſset vacua, ex quo bon. me. Card. de Luca mandato expreſso, & nomine Sanctiſſimi poſseſione omnium bonorum avocaſſet, Dunozet. Jun. *dec.* 790. *n.* 9. *& dec.* 763. *n. pariter* 9. Quia hujuſmodi advocationis ex-
4 ceptio apta non eſt removere manutentionem poſſidenti, Poſth. *de manut. obſerv.* 60. *n.* 1. Rot. *dec.* 64. *n.* 3. *p.* 2. *diverſ.*
5 At reſpectu poſſeſſionis queſitę per vim clauſulæ *Conſtituti* inſertæ Donationi, & erectioni Primogenituræ in gratiam omnium ad eam vocatorum, non potuit afficere, Greg. *dec.* 437. *n.* 3. tanquam poſterior, cum avocatio mandato
6 Principis facta, non adimit Poſſeſſori poſſeſſionem ſuam Alex. *conſ.* 219. *n.* 15. Ubald. *dec.* 300. *n.* 58. *tom.* 1. maximè cum Sanctiſſimus non avocaverit, ſed mandaverit avocari.
7 Et reſpectu poſſeſſionis actualiter captæ, & adeptæ, minus obſtare poteſt manutentioni avocatio, tanquam non ſervata forma in mandato, ſeu ordine præſcripta, cujus
8 mandati fines erant diligenter cuſtodiendi *l. in re mandata Cod. mand.* nulla enim D. Annæ fuit facta intimatio, ne caperet poſſeſſionem, prout fieri debebat Menoch. *de adipiſc. poſſeſs. rem.* 6. *n.* 12. & praxim exibuit Scac. *de appel. q.* 17. *n.* 18. Poſt. *de man obſ.* 75. *n.* 1. *&* 23. adeout ſola Avo-
9 catio non ſufficiat, niſi adſit & perſonalis intimatio Rot. *coram Buratt. dec.* 186. *n.* 11.

Quo ſtante notabili defectu, nil ultra poteſt operari ſubſecuta declaratio ejuſdem D. Card. de Luc. 9. Januar. 1682.
10 quod poſſeſſio capta per D. Annam Mariam eſset nulla, & attentata, deficiente enim fundamento, corruit quidquid ſuperſtruitur, Rot *dec.* 512. *n.* 7. *p.* 1. *rec.* Potiſſimùm cum in Chirographo ad favorem Principum expreſserit Sanctiſſimus *li ordinaſſimo che prohibiſse à qualſivoglia, perſona che ſotto le pene della noſtra indignatione non ardiſsero di pigliare*
11 *il poſſeſſo de medemi beni &c.* inhibitione autem ſeu prohibitione non facta nil poteſt imputari utenti Jure ſuo, & nullum inde pati poteſt præjudicium Rot. *dec.* 513. *n.* 7. *p.* 1. *rec.*

Cùm prẹſertim in ipſa avocatione adiecta fuerit clauſula *quod exindè non intelligatur in aliquo eidem D. Annæ Marię præjudicatum circa Jura ſibi competentia talia qualia*, & ipſemet Sanſtiſſimus in Chirographo prædicto *ſenza però pregiuditio delle ragioni, tali quali che poteſſero alla detta Anna Maria competere tanto in petitorio, quanto in poſſeſſorio in vigore delle clauſole poſte nella detta Primogenitura* 1611. cenſetur enim inde præſervatum Dom. Annæ Marię omne jus ſibi competens ex Primogenitura, ſive in petitorio, ſive in poſſeſsorio, Mart. *de clauſ. p.* 5. *clauſ.* 157. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 55. *n.* 31. Adden. ad Buratt. *dec.* 633. *n.* 10. Rot. *dec.* 20. *n.* 10. 13. *p.* 18. *rec.*
12 Et è contra adjudicanda omnino aſserebatur manutentio D. Principi Pamphilio, & ex facta communicatione vigore concordiæ D. Principi Burgheſio, indubitabilis ſiquidem exhibetur ad oculum adepta poſseſſio, & continuata uſque in præſens ab ipſo Principe Pamphilio; Is enim illico poſt obitum cl. me. Principis Camilli ejus Genitoris vigore mandati A. C. Areoſti fuit in poſseſſione omnium, & quorumcumque bonorum ſtabilium, mobilium, aliorum per cl. me. D. Principem Pamphilium tempore ſui obitus quomodolibet, & quocumque titulo poſseſsorum, ubilibet poſitorum, & exiſtentium *ſummario n.* 13. & interea etiam omnium bonorum familiæ; & quamvis eandem poſseſſionem Principiſsæ matri reſtituerit id tamen fecit cum clauſula *ad tempus ejus vitę durantis*, eo adjecto, quod eveniente ipſius matris obitu, continuare poſset in eadem poſseſſione proinde ac ſi ea reſtitutio facta non eſset, & mater hanc reſtitutionem ſic limitatam, & temporaneam acceptavit cum debitis ſolemnitatibus, & cum clauſula *Conſtituti*, & Precarii ad favorem Principis, ut *in ſummario n.* 14. & ſubinde inhærendo eidem reſtitutioni ſic limitatæ, & qualificatæ eandem conceſſionem fuit adepta *ſum. n.* 15. & tandem in ejus Teſtamento circa eandem poſseſſionem in verba diſpoſuit *ſenza pregiudicio del poſſeſſo di d. Principe Panfilio preſo nelli Beni della Caſa Aldobrandina, & io anco-*
13 *ra per ogni miglior fine conſtituiſco D. Principe nel poſſeſſo di tutti, e ſingoli beni della d. Caſa, che di preſente io poſſiedo coll' efficacia della Clauſola del conſtituto in ogni più valido, e miglior modo ſum. n.* 16.

Quę ſic tranſlativa poſseſſio fuit ab ipſo Principe vivente adhuc mater ſpecialiter recepta, cumulando omnem, & quamcumque cauſam, ac titulum poſſidendi *ſumm. num.* 18. qua ſtantè actuali, & incontrovertibili poſseſſione Principi poſſidenti debita dicebatur manutentio, *§. retinendæ inſtit. tit. d. interdit.* Rot. *dec.* 356. *p.* 9. *rec.* & apud Poſt. *de manut. dec.* 57. *n.* 14. Poſth. *de manut. obſer.* 20. *n.* 70. *&* 78. Dunoz. Jun. *dec.* 993. *n.* 1.

Non attento quod utraque hęc poſseſſio tam Principis ex aditione hęreditatis paternę; quam altera tranſlata in ipſum ex Teſtamento Principſsæ matris non fuerit Jure dominii ſeu jure pignoris pro obtinenda ſatisfactione Creditorum, quæ habebat Princeps contra bona Aldobrandina, quia prima poſſeſſio ex aditione hæreditatis paternæ fuit adepta abſolutè, & abſque ulla relatione ad credita, ut ex adductis ſupra verbis ex *ſum. n.* 15. & quamvis bona, quorum poſſeſſionem fuit adeptus, eſſent dotalia D. Principiſſæ Roſſani, & ſoluto matrimonio per mortem Principis Viri factus eſſet locus reſtitutioni, nihilominus remanebat adhuc poſſeſſio in hẹredit. Viri uſquequo per d. Principiſſam 14
fieret actualis apprehenſio, & ideo rectè à Principe adeunte hæreditatem Patris fuit capta poſſeſſio Poſt. *de manut. obſ.* 53. *n.* 108. *& obſ.* 62. *n.* 4. Buratt. *dec.* 609. *n.* 6. *dec.* 623. *n.* 2. Urceol. *conſult.* 10. *n.* 3. *& conſult.* 92. *n.* 32. Rot. *penes* Poſt. *de manut. dec.* 425. *num.* 2. *& dec.* 182. *num.* 6. *p.* 17. *rec.*

Altera verò per Teſtamentum Principiſſę matris nec fuit 15
reſtricta ad credita, quia quamvis ipſa expreſſerit cauſam, quæ ipſam inducebat ad actum illum per illa verba. *Deſiderando io di corriſpondere al favore di laſciarmi godere li crediti ſenza pregiudicio del poſſeſſo, che d. Signor Principe &c.* Attamen in diſpoſitiva non reſtringit tranſlationem d. poſſeſſionis ad eadem credita, ſed eam ampliat, & extendit ad omnem, & quemcumq; modum, & titulum poſſidendi ibi -- *per ogni miglior modo, ut in d. ſum. nu.* 16.

Et omnem ſcrupulum hujus poſſeſſionis Jure pignoris 16
adimere dicebatur declaratio facta per eundem Principem vivente adhuc Principiſsa matre, quod intendebat cumulare omnem, & quemcumque titulum, & omnem, & quamcumq; cauſam poſſidendi etiam jure dominii, & nomine proprio *ſum. n.* 18. *verſ. fin.* quæ ſanè declaratio efficax eſt, & licita, & pro ea ſtat præſumptio, ſi ſuperveniat novus titulus, nec conſtet de voluntate contraria, Rot. *dec.* 97. n. 4. *&* 5. *par.* 5. *rec. & coram Otthob. dec.* 104. *n.* 12. *&* 15.

Expenſis attentè diſceptantium hinc inde momentis à 17
me conſulti DD. Coadjutores adjudicandam manutentionem DD. Principibus Pamphilio, & Burgheſio cenſuerunt ex fundamentis enim D. Annę Marię nullam poſſeſſionem agnoverunt, pro eujus manutentione poſſit reſpondere.

Non capta illico poſt obitum Principiſſæ Roſsani cum Judicis authoritate, & mandato, poſseſſio quia nulla, eſt & irrita duplici nomine, Tum quia poſſidebat, Princeps Pamphilius, eoq; non citato non poſſit acquiri poſseſſio manutenibilis in ejus præjudicium. Poſt. *de man. obſ.* 50. *n.* 4. Rot. *poſt eum dec.* 189. *n.* 4. *& ſeqq. coram Buratt. dec.* 511. *num.* 3. *& cor. Dunozett. Jun. dec.* 983. *n.* 25.

Tum etiam, & magis, quia per menſem ante Sanctiſſimus 18
D. N. Motu proprio poſſeſſionem ipſam ſibi avocaverat, inhibendo omnibus, & ſingulis intereſse habentibus, vel prætendentibus, ne auderent in illa ſe intromittere; Tum enim actus quicumque geſtus nullus eſt, & attentatus, nec quæſita intelligi poteſt poſseſſio aliqua manutenibilis cap. noſtrum de appell. Gall. *pract. obſ. cap.* 41. *n.* 1. *lib.* 1. Lancellot. *dę attent. p.* 3. *cap.* 31. *n.* 200. Poſth. *de manut. obſerv.* 48. *n.* 28. *& per tot.* Coccin. *dec.* 492. *n.* 3. Rot. *dec.* 75. *n.* 3. *p.* 15. *rec.* 19
Neque ignorantia hujus avocationis ſuffragari poteſt ad ſubſtinendam captam poſſeſſionem, quia ignorans excuſatur quidem à culpa attentatorum facti, ac non item à nullitate actus & attentati Juris, Panorm. *ad l. cum M. Ferrarien. n.* 33. *de conſt.* Royas *dec.* 242. *n.* 5. Celſ. *dec.* 92. *n.* 2. *dec.* 177. *n.* 4. Emin. Cerr. *dec.* 132. *n.* 13. *& dec.* 337. *n.* 15. habet enim hęc avocatio vim inhibitionis, & inficit omnia poſtea geſta 20
etiam ab ignorante Rot. *dec.* 343. *n.* 3. *p.* 6. *dec.* 52. *n.* 9. *&* 10. *p.* 11. *rec. & cor. Bich. dec.* 591. *n.* 3. potiſſimum facto à Principe ſupremo Motu proprio ad evitanda ſcandala, quæ poſſent obvenire *l. ſi enim §. ſi inter, & l. æquiſſimum ff. de uſufruct.* Rota *in ſupracitatis deciſionibus cor. Bich.* 502. *n.* 3.

Sed inanę eſt huic effectui avocationis inſiſtere, quando 21
bon. me. Card. de Luc. ſic captam à D. Maria poſſeſſionem revocavit tanquam nullam, & attentatam, & quod magis eſt S. D. N. in ſpeciali Chirographo reſtituens poſſeſſionem avocatam Principibus confirmavit, & ſervari mandavit quidquid fuit geſtum à d. Card. de Luc. tanquam geſtum de expreſſo ordine & mandato Sanctitatis ſuæ juſſit bonorum poſſeſſionem reſtitui DD. Principibus Pamphilio, & Burgheſio cum clauſula *ſublata, & decreto irritanti*; Clauſula autem *ſublata* adimit omnem facultatem Judici, &

Parti contrarium petendi, & aliter judicandi Gratian. *diſcept.* 771. *n.* 12. Gonzal. *de regul.* 8. *gloſ.* 66. *n.* 3. & decretum
22 *irritans* inficit poſſeſſionem, Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 27. *n.* 42. ſive capta fuerit cum ſcientia, ſive cum ignorantia, Lotter. *ubi ſup. lib.* 1. *q.* 24. *n.* 76. Pariſ. *de reſignat. Beneſ. lib.* 5. *q. ult. n.* 220. Rot. *dec.* 260. *n.* 17. *p.* 17. *rec.*
23 Et ſane reſtitutionem hanc poſſeſſionis fieri Principibus debeat, alias enim (dicebat unus ex Dominis) reſultaret ipſis injuria, quia ex reverentia debita avocationi factæ a Principe ſe abſtinuerunt a capienda poſſeſſione, quamvis alias æque bene ac D. Anna Maria præventivè capere potuiſſent, ne inde injuriarum naſcatur occaſio, unde Jura naſcuntur *l. memineris Cod. unde vi*: quibus attentis corruit quidquid de non facta Inhibitione a Card. de Luca, & non ſervatis finibus mandati exaggerabatur.
24 Neque ulla vis fieri poteſt in eo, quod ſanctiſſimus in Chirographo prẹſervaverit omnia Jura D. Annę Marię tam in petitorio, quam in poſſeſſorio; quia ultra quod hæc clauſula eſt litteraliter reſtricta ad clauſulas appoſitas in Primogenitura anni 1611. ipſo Chirographo in fine.
25 Non poteſt certe intelligi de alio præjudicio, quam expreſſo, neque poteſt referri ad poſſeſſionem, quam Papa avocavit, & prohibuit a quocumque capi, Gratian. *diſcept.* 867. *n.* 19. Barboſ. *clauſ.* 157. *n.* 5. *& ſeqq.* Buratt. *dec.* 375. *n.* 7. Pamph. *dec.* 629. *n.* 4. Rot. *dec.* 192. *n.* 6. *p.* 1. *& dec.* 720. *n.* 6. *p.* 3. *rec. & coram Priol. dec.* 452. *n.* 14.

Unde poſſeſſioni captę per utrumq; Authore Prętore, & cum mandato judicis non eſt aſſignabilis manutentio, cum
26 fuerit nulla, & annullata, & non entis nullę ſunt qualitates *l. ejus in provincia ff. ſi cert. pet.*

Minuſque prætenſæ poſſeſſioni ex clauſula conſtituti inſerta Inſtrumento Primogenituræ, adeout ejus virtute ſe poſſidere aſſerat in ea poſſeſſione manuteneri, quia jus hujus clauſulæ in diſpoſitionibus ſucceſſivis, ut in fideicommiſſis expirat in primo vocato, nec ejus virtute, intentari ſucceſſivè poſſunt remedia poſseſsoris a ſubinde vocatis,
27 Tiraquell. *de conſtit. poſſeſſ. p.* 2. *ampliat.* 5. *n.* 2. *&* 3. Ridolph. *in prax. p.* 2. *c.* 5. *n.* 16. *caſ.* 33. Giovagn. *conſ.* 34. *n.* 30. *lib.* 2. Cavaler. *dec.* 5. *n.* 4. Dunoz. Jun. *dec.* 993. *n.* 16. *& ſeqq.* Emin. Cerr. *dec.* 224. *n.* 4. Priol. *dec.* 21. *n.* 13. Rot. *dec.* 29. *n.* 12. *& dec.* 465. *n.* 5. *p.* 13. *rec.*
28 Et apertiſſima eſt ratio, quia cum poſſeſſio ſit facta, poteſt quidem conſtituens, quouſque vivit, poſſidere nomine Donatarii ſeu Conſtitutarii, & non poteſt conferre effectum hujus clauſulæ trans hominem, ut ait Quintilianus, & in tempus, quod ipſe deſiit eſſe, nec amplius poſſidet, aut poſſidere poteſt, cum mors omnia ſolvat, *§. deinceps Auth. de nup.*
29 Et ſi velit D. Anna Maria juvari clauſula Conſtituti inſertæ Primogenituræ in gratiam omnium vocatorum, primo probare debet ſe ad Primogenituram ipſam eſſe vocatam, nec aliter poteſt manutentionem in poſſeſſione petere, & obtinere, tanquam pendentem a titulo Primogenituræ, ſeu fideicommiſſi, quam examinetur purificatio ad ejus favorem petentis manutentionem Rot. *coram Emin. Cer. dec.* 224. *n.* 5. *& dec.* 356. *n.* 7. *par.* 9. *tom.* 2. *rec.* quæ requiſitio extra præſens Judicium eſt.
30 Potiſſimum & cum paſſa ſit bona ipſius Primogenituræ acquiri, & poſſideri a D. Principiſsa Roſsani non tanquam majore natu, ſed tamquam hærede Teſtamentaria Joannis Georgii Patris, & Cardinalis Hyppolyti Aldobrandini Patrui ultimi ex maſculis, *ut in ſum. Principis n.* 1. *&* 2. idque ſpatio 10. annorum, quæ ſanè conſideratio ipſam repellit ab omni jure, & effectu clauſulæ Conſtituti, & a petitione manutentionis Poſt. *de manut. obſerv.* 20. *n.* 39. Gratian. *diſcep.* 954. *n.* 5. *& ſeq.* Rot. *dec.* 357. *n.* 7. *p.* 19. *rec.*

R. P. D. PAULUCCIO.

Romana Primogenituræ de Aldobrandinis.

Ven. 6. Aprilis 1675.

ARGUMENTUM.

Habentur ea quæ ſuperius deciſa leguntur.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio debetur ei qui habet poſſeſſionem authoritate Judicis.*
2 *Poſſeſſio acquiſita cum mandato conditionaliter relaxato dummodo ſcilicet eſſet vacans non ſuffragatur ſi plena reperiretur, & n.* 8.
3 *Clauſula* conſtituti *appoſita in vocatione tribuit tantum effectum favore primi vocati non aliis qui deinde ſuccedere debent.*
4 *Et ut operari poſſit dignoſci debet an adſit vocatio.*
5 *Poſſeſſio dicitur comprehenſa eo meliori titulo, quo uti valet.*
6 *Poſſeſſio ad tempus amiſſa poſt tempus in primum poſſeſſorem ſtare dicitur ipſeque non indiget nova acquiſitione ſi pacta non fuerit illius reſtitutio, & n.* 7. *&* 9.
10 *Clauſula conſtituti parit effectum manutentionis.*
11 *Illa non expirat per lapſum decennii ſi actio exercibilis fuit.*
12 *Clauſula* omni meliori modo *operatur ut actus conferatur ad tempus habile & cum inhabili jungatur.*
13 *Repugnat quod quis poſſideat & contra bona poſſeſſa creditum exerceat.*
14 *Proteſtatio contraria facto nullum inducit effectum.*
15 *Avocatio facta a Principe habet vim Inhibitionis, & poſſeſſionem captam annullat.*
16 *Et omnia geſta irritat etiam ſi quis non ignoret & n.* 17.
18 *Clauſula* ſublata *& decretum* irritans *tollunt facultatem contrarium judicandi.*
19 *Præſervatio operatur præter diſpoſita.*

DECISIO CXIV.

SUſpenſo ex decreto Judicis quocumque alio Judicio tam petitorio quam poſseſsorio atq; ad demum ſummariſſimum poſseſsorium redacta, diſceptatum fuit ſub die 10. Decembris 1683. inter DD. Principes Joan. Baptiſtam Pamphilium, & Burgheſium, cui ab eodem fuere communicata omnia jura, & D Annam Mariam Aldobrandinam, qui omnes poſſidere ſe bona Primogenituræ aſserebant, *cuinam ex ipſis danda eſſet manutentio*, & me proponente, fuit reſponſum *dandam DD. Principibus*.

Conceſſa nova Audientia D. Annæ Mariæ reaſsumpta fuit hodie eadem diſputatio ſub dubio, *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis*, & ſtandum in deciſis, fuit concluſum.

Repetita fuerunt hinc inde omnia fundamenta alias adducta, & probarunt DD. fundamenta prædictæ deciſionis cum ſolutionibus, quæ datæ fuere collatis pro D. Anna Maria.

Inſiſtebat enim ipſa poſseſſioni a ſe adeptæ authoritate 1
Judicis *l. juſte poſſidet ff. de acquir. vel ammit. poſſeſſ.* cui fundamentum, ac robur addere videbatur, quod inſtitutores Primogenituræ in Inſtrumento expreſsè conſtituerant, ſe poſſidere pro ſucceſsoribus, eorum nomine ſtipulante notario; Unde adeſse ipſi aſserebatur poſseſſio juncta titulo, adeoque debita manutentio.

Sed hæc non ſuffragari ad intentum ſunt viſa, non capta 2
Judicis authoritate poſseſſio: Quia eatenus fuit directa, quatenus ſit eadem vacans, cum tamen revera non eſset, ex quo Princeps Pamphilius eam jam acquiſiverat ſtatim poſt obitum Patris; nec unquam dimiſerat, niſi limitate, reſolutivè, & ad tempus, & ideo ipſo non citato acquiri non poterat per D. Annam Mariam.

Non titulus, ſeu poſseſſio competens in vim clauſulæ con- 3
ſtituti inſertæ inſtrumento Primogenituræ, quia hoc beneficium expirat in primo vocato, ut firmat *præcedens deciſio §. minuſque*, & eatenus competit, quatenus conſtet de comprehenſione in Primogenitura, unde non docto de ea, ina- 4
nis eſt hujus Teſtamenti favor, cum non intret in hoc judicio meri Poſseſsorii hujuſmodi inſpectio, Rot. *cor. Em. Cer. dec.* 2241. *n.* 5. *& dec.* 356. *n.* 7. *p.* 9. *rec.*

Quo utroque deficiente fundamento, remanent in ſuo robore, quæ pro Principibus, & eorum manutentione ponderata fuere.

Et primo quod poſſeſsio capta per Principem Pamphilium ſtatim ab obitu Principis Camilli Patris, non fuerit tanquam Creditoris, & Jure pignoris, ſed Jure dominii; Id enim evincit facta ipſius evidentia, quia adeptus eſt poſſeſſionem omnium bonorum per Principem Camillum Patrē ubilibet, & quomodolibet poſſeſſorum, ſicque nulla expreſſa 5
cauſa pignoris, vel hypothecæ, licet aſſeratur actiones contra bona dotalia Patris pro creditis tantum competiſſe, ideo omni jure, quo poterat apprehendiſſe dicendum eſt, & præcipuè jure hæreditario, quia bona poſt mortē Principis Camilli in ſua hẹreditate permāſerūt Poſt. *de man. obſ.* 3. *n.* 108.

& *obſer.* 62. *n.* 4. *in fin.* Rot. *cor. Buratt. dec.* 609. *n.* 6. *in rec. d.* 187. *n.* 5. *p.* 17. & *poſt Poſth. de manut.dec.* 321. *n.*2.

Nec cecidit a poſſeſſione; quia eam reſtituerit favore Principiſſæ matris, quia reſtitutio fuit concepta ad tempus cum clauſula reſolutiva eveniente caſu obitus, & cum ſpecialiſſima præſervatione, quod in caſu obitus Partes remaneant in eodem ſtatu (ſunt verba inſtrumenti) *in quo de præſenti reputetur etiam circa poſſeſſionem, tam civilem, quam naturalem manutentionem, ac retentionem, adeout per præſentem actum in nihilo dicatur Partibus præjudicatum*, ideoque per obitum matris, Princeps in eodem ſtatu remanſit prout erit ante dimiſſionem poſſeſſionis Gratian.*diſcept.*310.*n.*75. Poſth. *de manut. obſer.* 64. *n.* 14. *verſ. quemadmodum* Rot. *poſt eundem dec.* 635. n.17.

Ideoque poſſeſſione non amiſſa, non fuit opus nova acquiſitione, nec locus eſt diſpoſitioni Text.*l. ſi quis* 17.*ff.de*
6 *acquir. vel amitt. poſſeſſ.* quia ibi facienda erat reſtitutio, hic vero actus ſine ulla reſtitutione reſolvitur, & in obitu
7 Principiſſæ ad Excell. D. Principem illico poſſeſſio rediit vigore clauſulę *Conſtit.*Honded.*conſ.*22.*n.*10.Ant.de Amat. *reſol.*39.*n.*78.Rota apud Poſth. *de manut.d.*28.*n.*6.& *co.Em. Cerro dec.* 606. *n.* 4. ſicque poſſeſſio capta vigore *mandati*
8 Cavallerini cum reſtrictiva *dummodo ſit vacans &c.*fuit nulla, nec manutenibilis Pohſt.*de manut.obſer.*50.*n.*4.& 5.Rot. *poſt eundem dec.*310.*n.*4.*cor.Bich.dec.*513.*n.*3. *cor. Burat. dec.* 299.*n.*6.& *in rec.d.*24. *a n.* 2. *ad* 6.*p.* 16. vel quia nunquam Princeps, & ad ſummum reſolutivè, & ad tempus receſſit,
9 quo caſu lapſo tempore debetur manutentio *l. principio*, & §. *fin.ff. uti poſſid.*Rot.*dec.*606.*n.*4. & *dec.*214.*n.*6. *apud* Poſth. *de manut.* Vel quia data etiam abſoluta translatione poſſeſſionis in Principiſſam matrem; iſta per ejuſdem matris ceſ-
10 ſionem, quæ nomine filii conſtituit ſe poſſidere, rediit ad filium, & eſt manutenibilis vigore d.clauſulę Rot.*dec.*335. *n.*9.*dec.*356.*n.*11.12.*p.*9.*rec.* & *cor.Dunoz.Jun.dec.*993.*n.* 1. & Princeps filius translatam poſſeſſionem adhuc Matre vivente ſpecialiter acceptavit; cumulando omnem, & quamcumque cauſam, ac titulum poſſidendi.

Stare neque urget in contrarium objectum, quod præſervatio Principis non potuerit operari circa poſſeſſionem naturalem, ſed tantum circa civilem, & illa non ſecuta conſolidatione, cum naturali ſpatio decennii cenſeatur amiſſa. Quia cum D. Princeps utramque poſſeſſionem habuerit utramque ſibi pręſervaverit, ibi *circa poſſeſſionem tam civilem quam naturalem*, & quatenus civilis tantum remanſerit, ipſa ob lapſum temporis non expiravit, quia vivente Principiſ-
11 ſa, Princeps non poterat petere, & ſic neque decennium currere Burat.*dec.*375.*n.*11. Antonel.*de temp.legal.lib.*2.*cap.* 76.*n.* 13. & in omnem caſum ſuffragaretur translatio Principiſſæ Matris, quę vigore Clauſulæ *omni meliori modo* non ſubiacet exceptioni a Duciſſa excitatæ, quod ſcilicet cum Matre defecerit; illius ad vitam limitata poſſeſſio; unde effectus conſtituti remanſerit inutilis poſt obitum quia d. clauſula *omni meliori modo* operatur ut actus conferatur ad
12 tempus habile & cum inhabili jungatur Hond.*conſ.* 144.*n.* 25. *lib.* 2. Poſth. *de manut. obſerv.* 20. *n.* 27.

Quę omnia agnovit dicta D.Anna Maria; ipſa enim egit pro conſecutione, vel ſupplemento congruæ dotis contra Principes, qui nonniſi uti Poſſeſſores poterant conveniri, ideoque ipſi repugnat; Implicat enim quod eadem D.Anna Maria poſſideat, & creditum contra bona poſſeſſa exerceat *l.neque pignus* 46.*ff.de regul.jur. l.penult.ff. de recept.arb.* §.*retinenda inſtit. de interdict.* ibi. *Quia civilis*, & *naturalis*
13 *ratio facit, ut alius poſſideat*, & *alius a poſſidente petat* non ſuffragante proteſtatione præſervationis Jurium & poſſeſſionis quia illa uti contraria facto, nullum poteſt inducere
14 effectum *l.cum plures* §. *locat.* Rot. *dec.* 99. *n.* 45.*cor.Arguel.* & *cor. Coc. dec.* 152. *n.* 30.

Sed omnia, quæ contra Principum manutentionem adduci poſſint, tollit avocatio poſſeſſionis facta ad Sanctiſſimum, quæ vim inhibitionis habuit, & poſſeſſionem captam annullavit Rot.*cor.Dunoz.Jun.dec.*740.*a n.*9. *uſque ad*
15 15. & omnia poſtea geſta infert, etiamſi D. Anna Maria vellet ignorantia ſe tueri Rot.*dec.*343.*n.*3.*p* 6.*dec.*52.*n.*9.& 10.*p.*11.*rec.* & *cor.Bich.dec.*584.*n.* 14. & 15. & *dec.*592.*n.*3. prout illa Card. de Luca nulla, & attentata declaravit, cui declarationi opponi non poteſt, quod fuerit attentata; eo quia Cardinalis habuit quidem mandatum de avocando, ſed prævia inhibitione, eaque non facta, nihil eſſet, quod impediret, quo minus D. Anna Maria poſſeſſionem acciperet, quia in facto de actuali avocatione conſtat ex illis verbis pręditi Cardinalis de Luca qui habuit à Sanctiſſimo Commiſſionem ibi. *Avocamus*, & *reſervamus*, & *pro avocata*, & *reſervata haberi volumus ſum. Principum præteritæ Poſitionis n.* 10.

Nec de Commiſſione dubitari poteſt, cum de ea apertè teſtetur ſubſequens Chirographum Sanctiſs. quoniam ipſius veritas emergit à ſubſequenti Chirographo Sanctitatis ſuæ 16
ibi *ordinaſſimo al Card. de Luca, che preventivamente avocaſſe il poſſeſſo di tutti li beni &c.ſum.præterito n.*12. quo caſu non erat opus Citatione, nec ignorantia excuſat D.Annam Mariam, quia excuſat quidem à culpa, non verò à nullitate actus, ut punctualiter firmant allegata in pręcedenti deciſione §. neque ignorantia.

Tandem omnibus robur addit idem Chirographum, per 17
quod geſta à Card. de Luca approbavit; unde poſſeſſio D. Annæ Marię per d.Cardinalem avocata, evanuit, & Principibus fuit acquiſita, ſtante expreſſa illius conceſſione cum clauſula *ſublata &c.* & *decreto irritanti*, Tunc enim non admittitur in contrarium judicandi facultas Gratian.*diſcep.* 791.*n.*17.Gonz.*ad reg.*8.*gloſſ.*66.*n.*3 & poſſeſſio alias capta 18
inficitur Rot. *dec.* 260. *n.*17.*p.* 17. *rec.* abſque eo quod præſervatio Jurium D. Annæ Mariæ in Chirographo inſerta prodeſſe poſſit pro manutentione; quia non poteſt referri, niſi ad illa, quæ ſunt extra controverſam poſſeſſionem, dum illam Papa avocavit, & prohibuit à quocumque capi; nimis enim ſibi adverſaretur Chirographum, ſi præſerva- 19
ret poſſeſſionem captam in ſpretum inhibitionis, quam inhibitionem in eodem Chirographo confirmavit, & laudavit, Seraph. *dec.* 38. *n.*18. *cum aliis*, *adductis in deciſione, quæ revidetur* §. *neque vis cum ſeqq.*

Quo vero ad alia, quę repetuntur ex parte D.Annę Mariæ, placuerunt DD.reſponſiones præcedentis deciſionis, quam in pręſenti in omnibus approbarunt, & pręſertim in ea parte quod D.Principiſſa ultimo loco defuncta poſſeſſionem bonorum d.Primogenituræ adepta fuit, & in ea uſque ad obitum continuavit, non quidem uti major natu, ſed tanquam hæres teſtamentaria Joannis Gregorii Patris, & Cardinalis Hippolyti Patrui juxta probationes adductas ex parte dd. DD. Principum in prima diſputatione, aliaſve plures in præſenti ſupradictas.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. EMERIX DECANO.

Romana donationis ſeu Primogenituræ de Aldobrandinis.

Ven. 6. Aprilis 1696.

ARGUMENTUM.

Non ceſſare vel reſolvi primogenituram conventionalem ad conſervationem bonorum in agnatione inſtitutam, finita agnatione, adeout bona ad ſingulos hęredes revertantur, ſed tranſire ad hæredem ultimi poſſeſsoris primogenituræ hic deciditur, ipſo in caſu quo agit Card. de Luca *in Diſc. CCV. de Fideicom.*

SUMMARIUM.

1 *Donatio inter vivos pura & irrevocabilis, quum dominium transferat a Donatoribus ad Donatarium bona donata ad eos reverti non poſſunt.*

2 *Nec etiamſi in ipſa donatione reperiantur verba*, durante illius vita naturali, *quæ juxta pleroſque Authores perpetuitatem denotant.*

3 *Præſertim ſi nullum in caſu obitus adiectum fuerit pactum reverſivum.*

4 *Licet in Donatione inter vivos reperiretur dictio* tantum, *quę certam perſonam denotare videtur bona tamen ad donatarii deſcendentes tranſire debent non quidem uti comprehenſos in donatione, ſed ut ſucceſſores ipſius donatarii.*

5 *Deſignatio vitæ donatarii donationi inſerta, non immutat naturam diſpoſitionis, ſed adiecta eſt ſolummodo in gratiam ſubſtitutorum.*

6 *Præſertim ſi ſubſtitutæ fuerint perſonę quę alias donatoribus non fuiſſent ab inteſtato ſucceſſuræ.*

7 *Clauſulæ* ad habendum & in perpetuum *removent omnem reverſionem bonorum in caſu extinctionis lineæ, & agnationis.*

8 *Perpetuæ Primogenituræ hæc eſt regula quod pręmorientibus*

tibus ſubſtitutum, & ad quoſcunque illius hæredes tranſmittantur.

9 *Clauſula*, Actum *omnia ſuperius diſpoſita in Inſtrumento complectens efficit ut etiam unica reputari debeat ipſa Donatio.*

10 *Probibitio cujuſcunque legitimæ, falcidiæ & trebellianicæ in inſtrumento Primogenituræ appoſita, unicam donatores voluiſſe facere donationem indicat.*

11 *Dictio* Et *non ſemper ſeparat res, ſed plerumque duo ſynonima, & idem importantia conjungit.*

12 *Et ſi conſervatio agnationis eſſet unica cauſa inſtitutionis donationis, illa tamen ceſſante, bona non redeunt ad donantes ſed libera remanent penes donatarium ejuſque hæredes.*

13 *Præſumptiones ſeu veriſimilitudines non attenduntur adverſus donationem puram & irrevocabilem, imò potius aſſiſtunt perpetuitati.*

DECISIO CXV.

Claræ memoriæ Cardinalis Sylveſter de Aldobrandinis ab illius Titulari Eccleſia, Cardinalis S. Cæſarei nuncupatus, aliiq; ejus Germani fratres Jo: Georgius Hippolytus, & Aldobrandinus proſpicientes conſervationi, atque ampliationi clariſſimæ eorum Familiæ, & agnationis, provideq; advertentes id potiſsimum aſſequi poſſe opibus, & divitiis in unum congeſtis, quæ ubi fortè dividuntur in plures, paulatim decor, ac ſplendor Familiarum declinare ſolet, nobileſque Perſonæ in eorum nobilitatis, ac dignitatis contemptum ad inopiam ſæpe rediguntur, anno 1611. unanimi conſenſu, maturaque ſtipulatione interveniente ſolemniter & inter vivos irrevocabiliter dederunt, conceſſerunt, atq; donarunt, & quilibet ex eis (uti ſunt ferè præciſa verba inſtrumenti) dedit, ceſſit, atque donavit, omnia eorum caſtra, facultates, & bona, videlicet Cardinalis Sylveſter, Hippolytus, & Aldobrandinus Joanni Georgio eorum Germano fratri, ejus vita naturali durante, & pro ſe, ac aliis in eodem inſtrumento vocatis, omnibuſque, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum acceptanti, & legitimè ſtipulanti, & deindè poſt ejus mortem quandocumq; ſupervenientem non ſolum prædicti Cardinalis Sylveſter, Hippolytus, & Aldobrandinus integram eorum portionem; verum ipſe etiam Jo: Georgius ſuam pariter integram portionem ſuo filio primogenito, ſi ſupererit, ſi autem defecerit ejuſdem Primogeniti filio, aut ex eo Nepoti Primogenito; Pronepoti, aliiſque primogeniti deſcendentibus in infinitum, excluſis ſemper legitimatis, & fœminis, ac deſcendentibus ab eis. Deficiente verò linea Jo: Georgii ſimili modo vocarunt Hippolytum, ejuſque deſcendentes maſculos ordine primogenituræ; Quibus etiam deficientibus, ſuccedere voluerunt, Aldobrandinum, ejuſq; lineam maſculinam, ac tandem in defectum omnium ſupranominatorum ultimo loco ſubſtituerunt Petrum quintogenitum tunc ætate minorem, omneſq; maſculos ab eo deſcendentes, ſervato ſemper ordine d. primogenituræ, dummodo tamen ille major effectus integram ejus portionem Primogenituræ ſupponeret, & donationem à cæteris ejus fratribus, ut ſupra factam in omnibus approbaret. In quorum exequutionem nedum Petrus minorem ætatem egreſſus per duo ſeparata inſtrumenta donationem approbavit, ſuamque portionem illi ſuppoſuit; Verum etiam Jo: Georgius poſſeſſionem omnium bonorum apprehendit, ut inter Partes non controvertitur, & latiùs expoſitum fuit in deciſione Romana primogenituræ de Aldobrandinis ſuper alio articulo 20. Junii 1687. coram D.meo Urſino.

Cùm autem ex his quinq; fratribus nulli nati fuiſſent filii maſculi, & defuncto prius Cardinali Sylveſtro prætnatura morte deceſſiſſet Petrus omnium Junior, & relictis dumtaxat duabus fœminis Duciſſa Maria, & Catherina, deindè verò obiiſſet Aldobrandinus, & poſtmodum Jo:Georgius ſuperſtite claræ me. Olimpia Juniore Principiſſa Roſani; omnia bona familię Aldobrandinę ad ipſam liberè devenerunt uti filiam, & hæredem Jo:Georgii, ac hæredem teſtamentariam Hippolyti ejus Patrui, adverſus quam cùm prędicta Duciſſa Maria, & Catherina, excitaſſent controverſiam ſuper reſolutione prærecenſitæ donationis, & conſequutione quorumdam legatorum ipſis à Principiſſa Olimpia Seniore earum Avia relictorum, nempè ſcutor. 50000. pro Dote D.Duciſſę Mariæ, & ſcut.40000. pro dote Duciſſæ Caterinæ, aliorumque ſcut. 20000. unicuique ex ipſis donatorum, per Hippolytum pro omni, & toto eo, quod iiſdem quomodolibet competere potuiſſet ſuper bonis à Petro eorum Patre ſuppoſitis primogenituræ; Eademque controverſia per ſpecialem commiſſionem ſan. me. Innocentii X. delata fuiſſet ad Cardinales Franciottum; Cecchinum, & Raggium, cum clauſulis, appellatione, reclamatione, nullitatis dictione, recurſu, ac reſtitutione in integrum penitus remotis, latæ fuerunt adverſus ipſas ſub die 27. Junii 1652. binæ ſententiæ in omnibus favorabiles D. Principiſſæ Roſſani, in quibus pronunciatum fuit, legata recipi debuiſſe in cauſam omnium & quorumcumque jurium ſpectantium ad Actrices, & bona per Petrum aſſignata Primogenituræ nulli reverſioni fuiſſe obnoxia, contra quas tametſi ſub ſanctæ memoriæ Alexandro VII. ejuſque ſucceſſoribus Clem.IX. & Decimo conſultis deſuper graviſſimis, & doctiſſimis in Urbe viris, fuerit eidem Duciſſę venienti, tam nomine proprio, quàm uti hæredi Catherinæ Sororis hoc medio tempore prædefunctæ denegatus recurſus ad Signaturam Gratiæ ad effectum obtinendi commiſſionem reſtitutionis in integrum; Quia tamen (ut ipſa conquerebatur) grave nimium viſum fuerat in re tanti momenti præcludere ſupplicanti aditum deducendi adverſus illas nova fundamenta; Placuit SS. D.N. Innocentio XII. feliciter regnanti auditis etiam per Congregationem deputatam defenſoribus DD. Principum Burgheſii, & Pamphilii filiorum, & hæredum ejuſdem Principiſſæ, interim vita functæ, petitam commiſſionem reſtitutionis in integrum demandare Eminent. D. meis Cardinalibus Caſanaten, Mareſcotto, & de Abdua cum voto noſtri Auditorii, prout de jure, & ſine præjudicio rei judicatæ, ac circa ea dumtaxat, quæ concernunt reverſionem bonorum donatorum, de qua in ſecunda parte præcedentium ſententiarum, & non ultra, ad cujus formam delata mihi cauſa propoſui hodie dubium: *An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, itaut ſit danda immiſſio?* Quod fuit negativè per DD. reſolutum, quia non conſtat de aliqua nullitate, vel injuſtitia earumdem ſententiarum, ſine qua non datur læſio, quæ baſis eſt, & fundamentum in integrum reſtituendi ad Text.*in l. Quod ſi minor* 24. *ff. de minor. c.* 1. ibique Abb. *de reſtitut. in integr.* Rota *dec.* 323.*n.* 1. *cor.Buratto*, & in Calagurritana Quartæ funeralis de Naxera 11. Januarii 1692. §. *Conſtat ſiquidem coram me.*

Non conſtat (inquam) de aliqua nullitate, vel injuſtitia ſententiarum declarantium nulli reverſioni fuiſſe obnoxia portionem bonorum à Petro donatorum Primogenituræ; Quia illarum validitas non revocatur in controverſiam, & juſtitia liquet ex eo, quod agitur de donatione inter vivos 1
pura, & irrevocabili, atque ulterius munita ſpeciali promiſſione de non revocando etiam ex cauſa ingratitudinis, ſupervenientiæ filiorum, aut alia quacumque, licet in corpore juris clauſula, cujus donationis, præſertim tam effrenatis verbis conceptæ cum ea natura ſit, ut dominium irrevocabiliter abdicet à donatoribus, illudque transferat in Donatarium, indè ſequitur quod ceſſante etiam caſu nativitatis maſculorum, Bona donata ad eos non revertantur, niſi eo caſu nominatim adjectum fuerit pactum reverſivum quod hic deficit ad text.*in l. prima* §. *Igitur ff. de donation.l.ſi quis argentum* §. *fin.C. eodem*, & tradita per Rot. *dec.*716. *n.* 2. *coram Cerro*, *dec.* 68. *n.* 6. & 7. *p.* 13. *dec.* 239. *n.* 11. *p.*17. & in Romana donationis 12. Maii 1690. §.*Cumque* confirmata 3. Decemb. 1691. & 9. Maii 1692. coram me.

Neque in contrarium relevat potiſſimum fundamentum Informantium pro D.Duciſſa, quod bona, de quibus agitur 2
donata fuerint Jo:Georgio, durante illius vita naturali, quodque per ejus obitum, adveniente quodammodò termino pręfinito donationi, ipſa quoq; donatio expiraverit; & reſoluta remanſerit; Quia (quidquid in terminis ſimplicis donationis ad vitam ſic in abſtracto ſumptæ, in quibus non deſunt plerique, magni etiam nominis Authores teſtantes de perpetuitate donationis) objectum non procedit in caſu, quo, prout hic, Jo: Georgius donatarius expreſsè ſtipulatus fuit donationem puram, & irrevocabilem pro ſe, & aliis in ea ſucceſſivè vocatis, nullumque in caſum ipſius obitus adje- 3
ctum legitur pactum reverſivum, ut reprobata opinione Alciati notat Rip.*reſp.*1.*n.*6.*de donat.*Runch.*in leg. Hæredes mei* §.*Cum ita p.*4.*n.*18 & 157.Modern.Melphiten.*de lin.legal.p.*1.*reſp.*1.*n.*6.Rota *dec.*142.*n.*8.*p.*4. *to.*1.*recentior.* Et in fortioribus terminis donationis factæ ad favorem certæ perſonæ cum dictione taxativa, *tantum*, quod nihilominus bona donata tranſmittantur ad hæredes Donatarii, non uti comprehenſos in donatione, ſed uti ſucceſſores ejuſdem, niſi 4
expreſsè conventum fuerit de reverſione ad Donantem, vel

alias

alias cogitatum de illorum excluſione, probat Grat. *diſcept.* 386. *n.*16. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 21. *n.* 20. Cutell. *de donat. diſc.* 1. *ſpec.* 24. *n.* 14. *& ſeqq.* Pereg. *de fideicomm. art.* 51. *n.*21. *§. Verum*, Noguerol. *alleg.* 37. *ſub n.* 23. *§. Primus* Rota *dec. unica per tot. & ſignanter n.* 6. *de donat. cor.* Achill. de Graſſis *dec.* 378. *n.* 4. *lib.* 3. *cor. Puteo*, *dec.* 587. *n.* 1. *&* 10. *p.* 1. *dec.* 98. *n.* 10. *& ſeqq. p.* 12. *& dec.* 434. *n.* 1. *p.* 13. *rec.*

Præmiſſa autem fortius urgere viſa fuerunt ex eo, quod Donantes non ſolum in caſum obitus Jo: Georgii primi Donatarii ab eis deſignati nulla ſuperaddi curaverunt verba quomodolibet ſignificantia reſolutionem donationis, aut reverſionem bonorum donatorum, ſed Jo: Georgio ſic decedenti ſubſtituerunt in infinitum ejus deſcendentes, alioſque
5 ſucceſſivè vocatos. In his quippè terminis deſignatio vitæ Donatarii cenſetur adjecta ad oſtendendum gravamen reſtitutionis, inhærens donationi factæ cum onere Primogenituræ, atque utique uti ſimplex expreſſio ejus, quod tacitè inerat non immutat naturam diſpoſitionis ad regul. text. *in l.* 3. *ff. de legat.* 1. *l.* 107. *ff. de conditione & demonſtr. l.* 7. *in fin. C. de revocand. donat.* ſed appoſita dicitur in gratiam ſubſtitutorum ex adductis in proximis terminis per Alex. *conſ.* 62. *n.* 8. *verſ. non obſtat. & n.* 9. *l.* 3. Menoch. *conſ.* 1112. *n.* 5. *verſ. reſp. & verſ. non etiam*, Peregr. *conſ.* 52. *per tot. ſignanter n.* 6. *l.* 2. Negoſ. Jun. *in Sylv. reſp. q.* 24. *n.* 11. *verſ. non obſtant*, Caſan. *conſ.* 32. *n.* 24. *verſ. tertius caſus* Giovag. *conſ.* 64. *n.* 11. *& ſeq. lib.* 1. Altogr. *conſ.* 47. *n.* 5. *& ſeqq.* Et in ſpecie per Marcab. *conſ.* 111. *n.* 49. *&* 50. Bero. *conſ.* 121. *n.* 7. *& ſeqq. l.* 2. Torr. *de major. q.* 1. *c.* 24. *ſub n.* 51. *verſ. ad ſecundum*.
6 Præſertim quia ſubſtitutæ fuerunt perſonæ, quæ alias ab inteſtato ſucceſſuræ non fuiſſent donationibus ad notata per Marcabrun. *conſ.* 71. *n.* 5. *& ſeqq. & n.* 44. Bellon. *de jur. accreſcen. c.* 7. *q.* 9. *n.* 140. *verſ. ad quartum* cum concordantibus.

Idque ipſum apertiùs ſuadent integer contextus inſtrumenti donationis plureſque conjecturæ, & prægnantia verba, quibus ſtipulata legitur Donanti, ibi ad favorem omnium quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum. Et rurſus clauſulæ *ad habendum*, & in perpetuum, aliæque denotantes plenariam abdicationem do-
7 minii à donantibus, ex quibus clarius oſtenditur, nullatenus cogitatum fuiſſe de reverſione bonorum in caſum extinctionis lineæ, & agnationis, ſed ultra ibidem nominatos fuiſſe quoque comprehenſos alios intereſſe habentes, qui eſſe non poterant, niſi hæredes Donatarii ad tradita per Marcabr. *d. conſ.* 111. *n.* 61. *&* 126. Cutell. *de donat. diſc.* 1. *ſpecial.* 24. *nu.* 15. *verſ. per quæ verba lib.* 2. Rota *dec.* 273. *n.* 6. *& ſeq. lib.* 3. *cor. Puteo*, *dec.* 587. *n.* 3. *p.* 1. *dec.* 230. *n.* 7. *par.* 14. *dec.* 261. *n.* 8. *p.* 16. & in d. Romana donationis 12. Maii 1690. §. *Quam etiam* cor. me, attenta præſertim ſtrictiſſima prohibitione cujuſcumque alienationis, & detractionum in perpetuum, quas fruſtrà donantes prohibuiſſent Jo: Georgio, ſi illum conſideraſſent uti Donatarium temporalem, qui de jure non poteſt detrahere falcidiam, aut trebellianicam tanquam non habens dominium actu, vel aptitudine perpetuum cum ſolo onere reſtituendi, ratione cujus tales prohibitiones fieri ſolent ad notata per Urceol. *conſ.* 38. *n.* 19. *& ſeqq. & ſignanter n.* 22. *&* 23. Rota *d.* 460. *n.* 1. *&* 2. *p.* 4. *div.* & in Romana bonorum 28. Febr. 1695. §. *Tum etiam cor. D. meo Molines*.

Neque oppoſitum evincunt authoritates exadverſo cumulatæ; Quoniam illæ loquuntur in caſu ſimplicis donationis factę ad vitam certę perſonę, nec ulterius examinant quęſtionem in terminis donationis, ut ſuprà tot ampliſſimis clauſulis ſtipulatæ, & cum onere perpetuæ Primogenituræ,
8 in qua regulare eſt, quod præmorientibus ſubſtitutis, bona remanent libera penes inſtitutum, & ad quoſcumque illius hæredes tranſmittuntur, ad text. *in l. Cum Pater §. Libertis l. qui ſolitum §. pen. ff. de leg.* 2. Altog. *d. conſ.* 47. *n.* 5. Giovag. *conſ.* 64. *n.* 11. *l.* 1. Pereg. *de fideicom. ar.* 51. *n.* 2. *cum concordantibus*.

Minus turbat aliud aſſumptum dualitatis, ſivè duplicitatis donationum, quarum prima dicitur facta Jo: Georgio ejus vita durante naturali, & ſecunda poſt illius mortem ad favorem filiorum, aliorumq; in ea vocatorum; Undè arguebant Informantes pro D. Duciſſa, quod dum prima uti temporalis, & vitalitia finem habuit, & ſecunda initium habere, non potuit ex defectu nativitatis maſculorum, ſuaptè natura factus fuerit locus conditioni donationi, quia præter quod unicitas, & ſingularitas donationis benè deſumitur ex eo, quod unica fuit oratio, ſub qua per Donantes explicata fuit donatio ad favorem omnium Donatariorum, & rurſus unica etiam ſtipulatio Jo: Georgio pro ſe, & omnibus
9 ſucceſſivè vocatis; Ac tandem unica quoque clauſula *Actum* complectens omnia ſuperius diſpoſita in Inſtrumento, quæ operantur, quod unica etiam reputari debeat ipſa Donatio, prout de unica oratione dixit Bart. *in l. re conjuncti n.* 12. *ff. de leg.* 3. Altog. *conſ.* 95. *n.* 35. *lib.* 1. Manſ. *conſ.* 219. *n.* 10. *& conſul.* 446. *n.* 12. Rota *dec.* 537. *n.* 5. *cor. Bich. dec.* 382. *n.* 5. *coram Priolo*, *dec.* 165. *n.* 13. *p.* 9. *rec.* & de unica clauſula *Actum* Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 34. *n.* 6.

Ceſſare viſa fuit difficultas ex eo, quod in omni parte inſtrumenti donatio explicata fuit per verba numeri ſingularis qui dualitatem, ſeu pluralitatem excludit, ad notata per Rot. *dec.* 433. *n.* 7. *cor. Greg. dec.* 2121. *n.* 57. *cor. Cocc. dec.* 252. *n.* 10. *p.* 19. *recent.* & facta legitur per modum Primogenituræ, ſeu fideicommiſſi, quod unicum eſt penes omnes ſucceſſivè vocatos, ponderando præſertim, quod in proœmio donationis expoſita fuit Judici pro cauſa contractus indefinita erectio Primogenituræ ad effectum conſervationis bonorum unitorum de Primogenito in Primogenitum, quodque Jo: Georgius vocatus fuit primus Primogenitus, primuſque Donatarius, quæ verba important alios poſt ipſum in eadem donatione fuiſſe vocatos per viam continuationis unicæ; ejuſdemque Primogenituræ, non autem per inſtitutionem novæ à prima independentis; maximè quia, ut ſuperius etiam prænotatum eidem Jo: Georgio prohibita fuit quæcumque detractio legitimæ; & falcidiæ, ac ſignanter 10
etiam Trebellianicæ, quæ ſicut datur in præmium reſtitutionis ex adductis per Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *p.* 5. *n.* 119. Cutell. *de donat. diſc.* 1. *ſpec.* 38. *n.* 8. ita oſtendit, Donantes unicam dumtaxat voluiſſe facere donationem, quæ ad terminos fideicommiſſi reſtitutorii per organum Jo: Georgii tranſire debet ad ejus filios, alioſque vocatos. Fortius quia Donatarii, qui poſt illius obitum capere debebant bona, vocati fuerunt ſub collectivo nomine *aliorum Primogenitorum, atque ipſius ſucceſſorum*, quod indicat alios in eadem Primogenitura præceſſiſſe, & ſucceſſionem ex fideicommiſſo in eo quod habuit primus gravatus ad tradita per Vaſquez *de ſucceſſ. progreſſ. in præf. n.* 9. Giurb *de feud. gl.* 5. *§.* 2. *n.* 10. Tor. *de ſucceſſ. in Primog. p.* 1. *c.* 1. *§.* 1. *n.* 3. attenta potiſſimum dictione *aliorum*, implicativa ſimilium in eodem ordine, ut obſervat Rot. *dec.* 146. *n.* 17. *& ſeq. cor. Duran. dec.* 21. *n.* 6. *cor. Priolo*, *dec.* 102. *n.* 12. *p.* 6. *& dec.* 126. *n.* 9. *p.* 11. *rec.*

Et hanc ipſam unicitatem, ſive ſingularitatem donationis per viam Primogenituræ ſucceſſivè, & gradualis, quam pręſefert lectura inſtrumenti ſtipulationis, clarius explicant duo inſtrumenta ratificationis, & ſuppoſitionis bonorum factæ per Petrum auctorem D. Duciſſæ, in quorum primo habetur ibi *donat. d. Primogeniturę pęnes dictum Jo: Georgium Aldobrandinum nunc Primogenitum &c.* & infrà ibi *conſtituit dictam poſſeſſionem tenere vice, & nomine dicti Principis Aldobrandini nunc Primogeniti, & deinde alterius Primogeniti ordine ſucceſſivo.* In ſecundo autem ibi *donavit, & donat. dictæ Primogenituræ &c. Pro D Joanne Georgio Aldobrandino ad præſens Primogenito, & aliis in ea ſucceſſionibus &c.* quæ quidem verba prolata per Petrum Patrem, & Auctorem D. Duciſſæ, ſicuti excludunt duplicitatem donationis quoad portionem ipſius propriam, ita etiam indirectè, & per viam declarationis, & obſervantiæ benè oſtendunt unicitatem præcedentis donationis peractæ ab ejus fratribus, nocentque D. Duciſſæ ejus filiæ, & hæredi, quæ propterea eo minus hodiè impugnare valet declarationem, atque obſervantiam ſui Auctoris ad tradita per Rot. *dec.* 261. *n.* 1. *&* 3. *p.* 7. *dec.* 186. *n.* 19. *p.* 13. *& dec.* 563. *n.* 10. *&* 11. *p.* 18. *rec.*

Non ſuffragante replicatione, quod donantes ſimul expreſſerint donationem, & Primogenituram quaſi quod per dictione &, ſeparare, ac diſtinguere voluerint donationem à primogenitura, & primogenituram à donatione; Quia dictio illa monoſyllaba plerumque ponitur inter duo ſynonyma, ac inter verba idem importantia, ut notat Felin. *in c. ex parte il primo n.* 22. *verſ. fallit ſecunda de reſcrip.* Surd. *conſ.* 315. *n.* 19. Bellon. *conſ.* 53. *n.* 7. Valenz. *conſ.* 133. *n.* 61. uti 11
in præſenti dicendum eſt fieri voluiſſe, ne aliàs dici debeat, quod ubi Donantes loquuti fuerunt de donatione, noluerint intelligere de primogenitura, quodque primogenitura non eſſet erecta per viam donationis, quæ ſecum involverent plurima abſurda, quia videlicet legitimati, & fœminæ excluſæ à donatione non fuiſſent excluſæ à primogenitura, & beneplacitum Apoſtolicum reſervatum non fuiſſet pro ipſiſmet bonis continuandis in primogenitura.

Prout nec etiam relevante, quod in utraque parte diſpoſitionis diverſæ fuerint perſonæ donantium, & Donatariorum, quia nempè Jo: Georgius, qui in priori parte deſignatus

fuerat Donatarius aliorum ejus fratrum; In ſecunda ſimul cum aliis fratribus propria bona donavit ejus filio Primogenito, aliiſque ſucceſſivè vocatis; Quoniam id quidem neceſſariò fieri oportuit ad indicandum, quod ipſemet Jo: Georgius primogenituræ ſuppoſuit propriam portionem, quam in priori parte diſpoſitionis ſibimetipſi ſtipulari non poterat, non autem ad demonſtrandam pluralitatem donationum, quam ſemper ipſimet Donantes pro unica deputarunt, ut conſtat ex aliis partibus ejuſdem inſtrumenti, quæ benè declarant quid in hac etiam ipſi ſenſerint argum. text. *in l. Qui filiabus ff. de legat.* Menoch. *conſ.* 1. *n.* 186. Rot. *deciſ.* 587. *n.* 12. *p.* 4. *to.* 3. *& dec.* 336. *n.* 4. *p.* 11. *rec.*

Minus juvat, quod per deficientiam omnium maſculorum de familia ceſſaverit conſervatio agnationis, pro cujus aſſequutione principaliter ſtipulata legitur donatio, proindeque ſublata illius cauſa finali, ipſa quoque donatio reſolvatur, & bona revertantur ad Donantes; Quia præter quod in inſtrumento donationis non unica tantum expoſita fuit cauſa donandi pro conſervatione agnationis, ſed plures æquè principaliter, mutui ſcilicet amoris inter fratres, & oneris, quod Joannes Georgius in ſe ipſum aſſumpſerat ſolvendi Principeſſæ Olympiæ Seniori annua ſcuta 1200. ac ulterius quia ſic Donantibus de rebus ſuis diſponere placuerat, quarum alterutra ſubſiſtente, ſubſtinetur etiam donatio ut probat Surd. *conſ.* 531. *n.* 7. Mareſcott. *variar. reſol. c.* 2. *n.* 8. *lib.* 2. Modern. Reverendiſſimus Iſclan. *ſelect. c.* 24. *n.* 12. *& cap.* 505. *n.* 23. Rot. *dec.* 586. *n.* 11. *&* 13. *cor.* Bich *dec.* 94. *n.* 6. *&* 16. *p.* 12. *dec.* 68. *nu.* 6. *&* 7. *p.* 13. *recent.* & in dicta Romana donationis 12. Maii 1690. *§. Minus cor. me*. Quatenus etiam conſervatio agnationis dici debuiſſet unica cauſa finalis donationis, non tam illa deficiente bona revertuntur ad Donantes, à quibus per actum irrevocabilem ſublatum fuit quodlibet jus illorum reverſionis, ſed libera remanent penes Donatarium, & ad quoſcumque ejus hæredes tranſmittuntur, ut de veriori teſtatur Spad. *conſ.* 96. *n.* 9. *lib.* 1. Capyc. Galeot. *controv.* 21. *n.* 14. *&* 18. Capon. *controv.* 94. *n.* 5. Rota *d. dec.* 98. *n.* 14. *par.* 22. *dec.* 68. *n.* 6. *&* 7. *p.* 13. *dec.* 239. *n.* 11. *par.* 17. *recent.* & in Mediolanen. bonorum 12. Martii 1683. *§. Minuſque cor. bonæ me. Albergato*, & in Aſculana Parochialis 30. Martii 1684. *§. Minus relevat cor. bo. me. Benincaſa*.

Nec ſimiliter adverſatur præſumpta voluntas, ſeu veriſimilitudo, quod Donantes excludere noluerint proprias filias ſi cogitaſſent, quod ex Jo: Georgio nulli naſcituri fuiſ-
13 ſent filii maſculi ab his contemplati, quia præſumptio, ſeu veriſimilitudo non attenduntur ad evitandam donationem puram, & irrevocabilem, imò in contrarium aſſiſtunt potius perpetuitati, ac tranſitorietati ad quoſcumque hęredes connaturalibus actui, de quo agitur, ut ponderat Rota *deciſ.* 458. *n.* 5. *&* 6. *p.* 13. *rec.* & in dicta Romana donationis 13. Maii 1690. §. *Denique* coram me. Imò ſi in talibus donationibus puris, & irrevocabilibus, nec etiam reverſio datur ad favorem Donantis ſuperviventis Donatario, ut ſequendo litteralem diſpoſitionem textus *in d. l. Si quis argentum* 35. *in fine C. de donat.* probat Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus* 115. *n.* 41. *ff. de verb. oblig.* latè Cravett. *conſ.* 102. *n.* 2. *& per tot.* Mareſcott. *variar. reſol. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 5. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 21. *n.* 20. ubi quod ab hac ſententia non eſt recedendum, quam aliis omiſſis approbarunt Senatus Gratianopolitanus apud Guidopap. *q.* 147. *n.* 2. *poſt med. & ſeq.* Conſ. Neapol. apud Franc. *dec.* 59. ibique Amendol. in addit. Senatus Pedemont. apud Theſaur. *deciſ.* 13. *ad med. & dec.* 70. *ad med. verſ. dico autem* Regia audientia Apuliæ, apud Viv. *dec.* 421. *per tot.* Rota Lucen. apud Magon. *dec.* 87. *n.* 13. Rota Macerat. apud Grat. *dec.* 41. *n.* 2. *&* 4. & continuò amplexa eſt Rota Romana *ut in dec.* 587. *n.* 1. *p.* 1. *rec. dec.* 393. *n.* 7. *p.* 5. *d.* 9. *n.* 7. *dec.* 68. *n.* 7. *& dec.* 434. *n.* 3. *p.* 13. *dec.* 239. *n.* 11. *p.* 17. *dec.* 155. *n.* 9. *p.* 18. *d.* 84. *n.* 22. *cor. Dur. dec.* 664. *n.* 7. *cor. Merl. dec.* 1788. *n.* 13. *&* 14. *cor. Cocc. dec.* 186. *n.* 29. *& ſeqq. & dec.* 555. *n.* 4. *& ſeqq. cor. Bichio*, in Peruſina, ſeu Eugubina donationis 24. Aprilis 1671. §. *Ipſi enim habent cor. Catalag.* & in Romana, ſeu Feretrana donationis 16. Junii 1690. *§. Minus altera* cor. me, & noviſſimè in tribus deciſionibus editis 12. Maii 1690. 3. Decembris 1691. & 9. Maii 1692. Romana donationis de Gavottis pariter coram me, Quanto minus præſumpta voluntas ſeu veriſimilitudo attendi debent ad favorem filiorum in hoc caſu, in quo Donantes expreſsè cogitarunt de maſculis, qui ab ipſis quoque forſitan naſcituri erant, eoſque excluſerunt in concurſu aliorum qui naſcituri ſperabantur à Donatario, expreſsè renunciantes beneficio *l. ſi nunquam C. de revoc. donat.* ad quem effectum ſatis fuiſſet etiam generaliter ſubſtituiſſe poſt defectum primorum vacatorum, ad tradita per Fran. Pal. *conſult. n.* 6. Cutell. *de donat. diſc.* 3. *partic.* 6. *n.* 31. *& ſeq.* Fontan. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gl.* 3. *p.* 3. *n.* 6. Torre *de pactis li.* 2. *c.* 20. *n.* 16. Rota poſt ipſum *dec.* 119. *n.* 3. *& de.* 163. *n.* 2. *p.* 15 *rec.*

Denique non urgent argumenta deducta ex regula text. *in l. Cum avus ff. de condit. & demonſtrat. & l. Cum acutiſſimi C. de fideic.* Quoniam illa vindicat ſibi locum in ultimis voluntatibus, in quibus ad favorem proximiorum, quandoquidem ſuppleri ſolent ſuprema judicia defunctorum, non autem in donationibus, aliiſque contractibus inter vivos, in quibus attendi debet ſola natura actus geſti, & proprietas verborum, nec admittuntur contrariæ præſumptiones, & conjecturæ, imò nec etiam ipſorummet Donantium declarationes, ut per text. *in l. perfecta C. de donationibus*, *quæ ſub med.* dictum fuit in ſæpè citata deciſione Romana donationis 12. Maii 1690. *§. In nihilo relevante*, *&* 3. *Decembris* 1681. *§. Denique nec obſtat coram me*.

Et ita reſolutum fuit, utraq; parte acriter informante, &c.

R. P. D. URSINO DECANO.

Romana donationis, & Primogenituræ.
De Aldobrandinis.

Lunæ 10. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Confirmantur ſuperius deciſa.

SUMMARIUM.

1 *Donationis irrevocabilis & inter vivos ea eſt naturæ ut niſi appoſitum fuerit à donante litterale pactum reverſivum, ſtatim dominium rei donatæ, ſequuta præſertim donatione, transferatur in donatarium.*

2 *Hæredes Donatarii etiam non nominati capiunt jure tranſmiſſo & ſimplici miniſterio, & operatione legis.*

3 *Res donata tranſit ad hæredes donatarii, licet donatio illi facta fuerit cum particula limitativa* tantum, *ſi non adjectum fuerit pactum reverſivum, & cogitatum de excluſione hæredum donatarii.*

4 *Et hoc ſpeciale eſt in donationibus puris & irrevocabilibus ad differentiam conditionalium.*

5 *In contractibus donationis puræ, & irrevocabilis, non attenditur præſumpta mens contrahentium, ſed ſola natura actus geſti, ac proprietas verborum.*

6 *Donationes puræ ſuam efficaciam abdicativam non minuunt, vel ex deficientia perſonarum contemplatarum, vel ex ceſſatione cauſæ finalis contractus.*

7 *Bona donationis puræ & irrevocabilis tranſeunt ad hęredes donatarii, niſi ſint nominatim excluſi, aut, expreſſe cautum ſit de illorum reverſione ad commodum donantis.*

8 *Dictiones perſonales*, ejus vita naturali durante, *non limitant naturam perpetuam donationis puræ, nec equipollent pacto reverſivo.*

9 *Data acceptatione & ſtipulatione pro hæredibus, etiamſi donationis verba ſint perſonaliſſima vel reſtricta, tranſmiſſionem non excludunt favore hæredum, de quibus mentio facta eſt.*

10 *Verba* omnibus quorum intereſt, intererit, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum *verificari non poſſunt niſi in ſolis donatarii hæredibus.*

11 *Data contraria voluntate contrahentium verba directa obliquantur & induunt gravamen reſtitutionis, ſi non ex vi verborum ex volito tamen diſponentium.*

12 *Voluntas, & intentio Teſtatoris bene etiam deducitur ex falſa credulitate vel actu nullo.*

13 *Succeſſor eſſe non poteſt, qui non habet anteceſſorem.*

14 *Dato originario gravamine per fideicommiſſum in genere ſubalternante, una cenſetur eſſe receptio ſeu vocatio, licet in ſpeciebus ſubalternantibus tot conſiderentur donationes quot perſonæ, & gradus, non ad excludendum gravamen reſtitutorium, ſed ut quilibet ex vocatis veniat jure directo in unoquoque gradu.*

DE-

DECISIO CXVI.

REnovata hodie coram me ſuffecto in locum, & gradum bon. me. Emerix Decani diſputatione jam pridem coram eo excitata, & reſoluta ſub die 6. Aprilis anni præteriti, An nempe Donatio, ſeu Primogenitura per contractum à quinque fratribus nobiliſſimæ Familiæ Aldobrandinæ, mutuò ſtipulata, ac verius à quatuor ex illis expleta favore Principis Jo: Georgii ſub his verbis. *Omnes ipſi Illuſtriſſimi &c. Irrevocabiliter, & intervivos etiam mutua & legitima ſtipulatione hinc inde interveniente donarunt; & titulo perfectæ, & irrevocabilis donationis dederunt, ceſſerunt conceſſerunt, & tranſtulerunt jure proprio, & in perpetuum, & quilibet eorum reſpective irrevocabiliter, ut ſupra, & inter vivos donavit, &c. jure proprio, & in perpetuum, videlicet dictus Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Cardinalis S. Cæſarei, & Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. DD. Hippolytus, & Aldobrandinus d. Illuſtriſſimo D. Joanni Georgio Aldobrandino eorum germano fratri ejus vita naturali durante, & pro ſe, & aliis infra dicendis in præſenti donatione vocatis, & comprehenſis, & omnibus, quorum intereſt, intererit, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum &c. acceptanti ſtipulanti* una cum ſucceſſiva primogenitura graduali poſt mortem Jo: Georgii ordinata, an inquam donatio iſta caducata jam Primogenitura per obitum quinque fratrum abſque filiis maſculis, quoad portionem Petri Aldobrandini reſoluta remanſerit, itaut fiat locus reverſioni bonorum favore Mariæ illius filiæ ad immiſſionem, ex interdicto quorum bonorum agentis tam titulo hæreditario patris, quàm Catherinæ ſororis præmortuę, ſeu potiùs eadem bona libera remanſerint favore Jo: Georgii primi Donatarii, & poſtremò loco defuncti, adeout vi tranſmiſſionis, & ex operatione legis juridicæ pervenerint in Olympiam juniorem Principiſſam Roſſani ejus filiam, ac hæredem teſtamentariam Hippolyti patrui, & auctricem modernorum Principum Collitigantium Burgheſii, & Pamphilii, DD. ſeriò perpenſis verbis, contextu, & natura donationis ſtipulatæ, matureque liberatis fundamentis, ſub quibus præterita deciſio firmavit, non eſſe locum reviſioni; ideoque *non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum*, denuò in eamdem iverunt ſententiam, quam ſub congruo dubio requiſiti pandere decreverunt cum reſcripto *in Deciſis*.

De natura namque donationis irrevocabilis, & inter vi-
1 vos munitæ ſpecialibus promiſſionibus de non revocando, totque effrenatis clauſulis concepta eſt, ut niſi appoſitum fuerit à Donante litterale pactum reverſivum, ſtatim dominium rei donatæ ſecuta præſertim traditione, tranferatur in Donatarium, bonaque abdicata à Donante, taliter ſint ut ad eum ullo modo, & ullo umquam tempore revertantur, quia cum donatio ſit in ſui proprietate actus abdicativus largitatis, ſeu verius deperditionis, ut notabiliter per text. *in l. 7. ff. de donat.* dicebat Rota *in dec. 155. n. 9. & ſeqq. p. 13.* ut bona ad Donantem revertantur, neceſſe eſt, quod de regreſſu ille pepigerit, quia alias deficiente pacto reverſivo ad hæredes jure tranſmiſſionis, & legis miniſterio perveniunt per tex. *in l. ſi quis argentum §. fin. C. de donat.* ubi determinatur. *Non ſolum eos dum ſuperſunt, ſed etiam eorum ſucceſſores reddere compelli non tantum iis, in quo donatio facta eſt, ſed etiam eorum hæredibus*, & ampliativè notat gloſ. ibidem in verbo *caſibus*, ubi ſubjungit hoc procedere in quibuſcumque donationibus, & concordat *alter Textus litteralis in l. prima §. Igitur ff. eodem*, & ultra concordantes allegatos *in deciſione quæ confirmatur § Non obſtat*, dictum fuit *in dec. 434. n. 3. p. 13. rec.* & in Romana, ſeu Feretrana Donationis 16. Junii 1690. coram bo. me. Emerix & 29. Aprilis 1693. utrobique §. Primo namque cor. R.P.D. meo Muto & in Romana Donationis de Gavottis 27. Aprilis 1693. §. Adhuc cor. bo. mem. Benincaſa.

Ideoque, ut donatio proſequatur ſuum connaturalem effectum abdicationis, non requiretur tacita, vel expreſſa comprehenſio hæredum, quia hæres ultimi venit caſu, & fortuna, ut per text. *in l. & ſi ſic ff. de legat. 3.* notat Bartol. ibidem, & quemadmodum ulteriores Donatarii, vel comprehenſi, ſi extarent, caperent ex vi comprehenſionis, ita hæredes etiam non nominati capiunt jure tranſmiſſo, & ſimplici miniſterio, & operatione legis, ut ad propoſitum
2 adnotant Altimar. ad Rovit. *conſ. 15. n. 32.* Carol. Anton. de Luca *poſt tractat. de lin. legal. tom. 1. reſponſ. 1. ſub n. 5. §. In aliis caſibus verſ. Cæterum* Novar. *q. forenſ. p. 1. q. 67.* *ſub n. 6. verſ. His tamen non obſtantibus*, & in puncto ita arguendo à laudato Textu *l. ſi quis argentum*, firmavit Rota coram Card. Celſo *dec. 294. n. 9. & 10.*

Et in prænotatę theoricæ ſequelam pro altero ex effectibus abdicativis donationis puræ, & inter vivos communiter notatum habemus apud DD. quod ſi donatio ſit facta Titio tantum; vel Titio, & ejus deſcendentibus tantum, & ſic cum dictionibus limitativis indicantibus ad oculum donationem ex volito contrahentium non excedere perſonam Titii, adhuc tamen ſi non fuit adjectum pactum reverſivum & cogitatum de excluſione hæredum Titii in donatione 3
non comprehenſorum, eo mortuo ſine deſcendentibus, res donata non revertitur ad Donantem, ſed tranſit ad hęredes Donatarii, non tanquam in donatione vocatos, ſed uti venientes fortuito, & tanquam ſucceſſores Titii, qui per Donationem irrevocabiliter quæſivit dominium, ut in puncto eſt celebris deciſio *unica per totum, & un. 6. de donat.* coram Achille de Graſſis, & aliis relatis comprobat prima cauſæ *deciſio §. Neque in contrarium verſ. Et in fortioribus*, quibus addi poteſt Carol. Anton. de Luca *poſt tract. de lin. legal. to. 1. reſp. 1. n. 2. & in animadverſ.* ad Gratian. *diſcept. 568. n. 2.*

Et hoc ſpeciale eſt in donationibus puris, & irrevocabilibus ad differentiam conditionalium, de quibus loquitur Rot. *cor. Merlino dec. 664. ſub n. 39. verſ. Vel quando, & deciſ. 9. pariter n. 39. p. 7. recent.* & ad contradiſtinctionem tam conceſſionum titulo precario factarum, de quibus *in l. cum Precar. 12. ff. precar. ubi gloſ.* bene exemplificat, quarum 4
earum quæ pro ſimplici uſu, vel ſervitute uſus ſtipulantur, ſuper quibus ſunt textus *in leg. 27. ff. de ſervitut. ruſtic. præd. & cap. Nuper de donat. inter vir. & uxor.* & denique ad notabilem diſparitatem, quæ intercedit inter donationes puras, & legatas, & fideicommiſſa, vel ſimiles diſpoſitiones factas per ultimam voluntatem, vel cauſa mortis, quia licet in legatis, & fideicommiſſis ad vitam alicujus conceptis, hæredes defectis perſonis contemplatis venire non poſſint, quia legatum, vel fideicommiſſum conſiderantur, non uti perpetua, ſed tanquam merè perſonalia, ſicque non tranſmiſſibilia extra perſonas vocatas juxta text. *in l. illud 26. C. de leg.* in his terminis exornatum à Bellon. *de jur accreſcen. c. 7. q. 19. n. 61. & ſeq.* & à Rota in Senogallien. legati coram Mantic. *inter ejus impreſſ. dec. 19.* contrarium tamen militat in donationibus puris, & irrevocabilibus, quia in illis conſiderabilis non eſt nec conjecturata mens diſponentis, occaſio, vel cauſa finalis diſpoſitionis, minuſque an ex judicio contrahentium poſſint eſſe, vel purè, & abſolutè abdicativæ, vel merè perſonales, & tranſlativæ, ut animadverti poteſt in renunciationibus etiam admixtis donationi, vel conſimilibus diſpoſitionibus, ſed ſemper perſpicitur ejus proprietas, uti pura importans abdicationem, ac deperditionem ſapiens, niſi ponatur pactum reverſivum prout litteraliter appoſitum legitur *in l. ſi rerum Codic. de donat. quæ ſub modo* ubi de reverſione expreſsè conventum adnotamus, ibi. *Itaut poſt mortem ejus, qui accepit ad te rediret.* Eademque conventio reverſiva præmiſſa habetur in ſerie facti propoſita *conſil. 106.* Decii, & in alia conſimili donatione, de qua in Viterbien. Caſtrorum coram Coccin. apud Fuſar. *conſil. 4. ſub n. 2.*

Quamobrem, ſemoto pacto reverſivo, donationes puras, & ſuaptè natura abdicativas non alterat veriſimilis mens Contrahentium, quæ ſola ſpectari poteſt in ultimis voluntatibus, in quibus lex ipſa ſupplet, quandoque voluntates Defunctorum ut in vulgatis ſanctionibus *l. cum Avus, & l. cum acutiſsimi*, non autem in contractibus donationis puræ, & irrevocabilis, in quibus attenditur ſola natura actus geſti, ac proprietas verborum, & ſupponitur præſumpta voluntas deſumpta ex veriſimili, quia alias omnes donationes mutarent naturam, & de irrevocabilibus deflecterent in revocabiles, cum nemo, aut pauci præcogitent in- 6
cludere hæredes extraneos Donatarii, in quibus tamen lex operatur contrarium, ſequens naturam actus tranſitorii ad hæredes, ut ad propoſitum dixit Rot. in Romana Donationis 12. Maii 1690. *§. Neque in contrarium, & ſeq.* & 3. Decemb. 1691. & 9. Maii 1692. coram bon. mem. Emerix.

Eademq; ratione donationes puræ earum efficaciam abdicativam non minuunt, vel ex deficientia Perſonarum contemplatarum, ex ceſſatione vel cauſæ finalis Contractus, quia adhuc his datis circumſtantiis, Bona non revertuntur ad Donantes, ſed remanent libera penes donatarium, & Jure tranſmiſſo, ac fortuito, ſeu Miniſterio Legis quæſito, tranſeunt ad hæredes ejuſdem, ut punctualiter tradunt Spad. *conſ.*

conſ. 96. lib. 1. n. 1. Capic. Galeot. *controv. 22. n. 14. & 18.* Capon. *controv. 94. n. 5.* Manſ. *conſult. 262. n. 9. & conſult. 459. n. 23. & ſeqq.* Rota *d. deciſ. 98. n. 6. & 7. p. 17.* & in Mediolanen. Bonorum 12. Martii 1683. §. Minuſque adverſantes, cor. bo. me. Albergato, & in Aſculana Parochialis 30. Martii 1674. §. Minus relevat cor. bo. me. Benincaſa.

Cum ergo in hypotheſi ex verbis prænotata in principio dubitari non valet, nos verſari in donatione pura irrevocabili, & clauſulis effrenatiſſimis concepta, quæ juxta ſui naturalem proprietatem eſt perpetua, & tranſitoria ad hæredes, licèt illorum nomen fuerit omiſſum, cum ſufficiat non eſſe nominatim excluſos, aut non cautum de reverſio-
7 ne ad commodum Donantis, ut benè Rota coram Priolo *deciſ. 341. n. 3. & dec. 422. n. 3. cum ſeqq. & dec. 255. n. 5. cor. Alexandro VIII.* & in d. Aſculana Parochialis 5. Junii 1684. §. quo verò cor. bo. me. Benincaſa, illa reſtringi non valuit ab hodie iterum inculcata pręfinitione temporis ad vitam Principis Joannis Georgii ibi *ejus vita naturali durante* quaſi quod uti temporis per ejus mortem reſoluta remanſerit, & virtute implicitæ reverſionis, & impliciti impedimenti tranſmiſſionis dicatur per æquipollens cautum de pacto reverſivo. Etenim dicta clauſula, cum majorem reſtrictionem ferre non valeat, vel potentiorem temporis præfinitionem ſecum ferre dictionibus perſonalibus, & limitativis donationis pro Titio tantum, vel deſcendentibus Titii tantum, ſicuti ex præmiſſis probatum eſt, memoratas dictiones perſonales non limitare naturam perpetuam donationis puræ, nec illas æquipollere pacto reverſivo, niſi in certa ſpecie diſpoſitionum, utpotè in legatis, & fideicommiſſis de ſui natura non perpetuis, ſatis jam ſupra contradiſtinctis à Donationibus puris ita pariformi ratione præfiniti temporis contenta in adjecto *Vita naturali durantè*, licet qualificet donationem reſtrictam ad Perſonam Principis Jo: Georgii, non tollit tamen effectum perpetui-
8 tatis, quem in ſui Originaria proprietate donatio pura ſecum fert, & ea animativa ratione, quod quando res eſt ſuaptè natura tranſitoria ad hæredes, & illi non fuerunt nominatim excluſi etiamſi reſpectu Perſonæ contrahentis ſtipulatio connotata fuerit dictionibus limitativis, illæ cenſentur adjectæ, ad explicandam Perſonam Contrahentis, non ad limitandum Contractum, itaut appoſita dicantur demonſtrativè, & non taxativè, ut *textu litterali in l. ſi neceſſarias 8. §. de vendendo pignore ff. de pignorat. action.* ubi poſtquam Pomp. definivit *; ſed etſi creditoris dumtaxat Perſona fuerit comprehenſa etiam hæres ejus jure vendet, ſi mihi in contrarium actum eſt.* Gloſ. ibidem appoſita notat, *cum enim pactum dirigatur in Perſonam non eſt ideo, ut ſit perſonale, ſed ut demonſtretur perſona cum qua ſit*, & apprimè diſtinguendo inter materias indifferentes & alias de ſui natura perpetuas, & tranſmiſſibiles ad hæredem firmavit Rot. *dec. 371. n. 11. & ſeqq. & ſignanter n. 23. p. 11. recent.* ubi quod dictiones perſonales cenſentur appoſitæ demonſtrativè potius quam taxativè, & relatis Concordantibus apud Priolum *deciſ. 422. à num. 3. ad 7.*

Idque potiſſimum urgere DD. viſum eſt, iterum perpenſo toto donationis Contextu, etenim in primis potuit Jo: Georgium acceptaſſe donationem non ſolum pro ſe, & comprehenſis in ea, *ſed etiam pro omnibus quorum intereſt,*
9 *& intereſſe poterit quomodolibet in futurum*, quæ verba cum referri non poſſint, niſi ad ipſos hæredes Jo: Georgii, eo quia reſpectu vocatorum, adeſt Peculiaris, & contradiſtincta acceptatio, exinde ſubintrat ſatis nota, & admiſſa propoſitio, quod data acceptatione, & ſtipulatione pro hæredibus, etiam ſi donationis verba ſint perſonaliſſima, vel reſtricta, adhuc tranſmiſſionem non excludant favore hęredum, de quibus mentio facta eſt, ut explicant Alciat. Anteſignan. contrariæ opinionis *in conſil. 151. lib. 5.* ubi tenet, quod facta mentione hæredum tranſit ad eos donatio, etſi concepta pro Petro ſua vita durante, & reprobato, ſeu explicato Alciato, Ripa *reſponſ. 1. n. 6. de donat.* Zanch. *in hæredes mei §. cum ita p. 4. n. 18. & 19. & 157.* Carol. Anton. de Luca *de linea legal. par. 1. reſponſ. 1. num. 6.* & latè Rota *dec. 142. num. 8. p. 4. tom. 1. recent.*

Nec in præſenti ambigi poteſt mentionem habitam fuiſſe de hęredibus, quia cum primò donatio facta fuerit Jo: Georgio pro ſe, & aliis infra dicendis in præſenti donatione vocatis, & comprehenſis, & ſubindè omnibus quorum intereſt,
10 intererit, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum ſub his poſtremis verbis per æquipollens, cenſetur ſtipulatum pro hæredibus, quia præter comprehenſos in donatione, & primogenitura, mentio intereſſe habentium quomodolibet, & in futurum verificari non poterat niſi in ſolis hęredibus Donatarii juxta ea, quæ tradit Marc. *conſ. 3. n. 62. & 166* Cutel. *de don. diſc. 1. ſpec. 24. n. 15. verſ. per quæ verba l. 1.* Rot. *dec. 273. n. 6. & ſeqq. li. 3. cor. Puteo dec. 587. n. 3. p. 9. dec. 230. n. 7. p. 14. dec. 261. n. 6. p. 16. rec.* & in Romana donationis de Gavottis 12. Maii 1690. §. quam etiam cor. bo. me. Emerix.

Haud urgente replicatione, quod ſubſequens acceptatio Jo: Georgii intelligatur ſtipulata ſolum favore Primogeniti pro tempore in infinitum vocati, non verò aliorum qui in donatione vocati non fuerant, quia contrarium deprehenditur ex facto, & verbis ipſis ſtipulationis, quæ licet primariò concepta ſint pro vocatis, & comprehenſis, poſteà tamen ſubſequitur copulativa acceptatio intereſſe quomodolibet habentium, quæ cum importent generalem expreſſionem reſpicientem perſonas diverſas à vocatis, & verificari non valeant, niſi in hæredibus Donatarii, quorum etiam mentio legitur in fine Donationis, de illis proinde prædicari debet, ut proſequitur Rota *dict. dec. 273. n. 6. & ſeq. lib. 3. coram Puteo.*

Secundò collimabat ad aſſumptum, quod verba, tempus præfinitum deſignantia, appoſita fuerint demonſtrativè, & non taxativè, quia in caſu poſt mortem primi Donatarii ſunt vocati, & ſubſtituti alii cum ordine Primogeniturae gradualis, & perpetuæ. Ideò mentio vitæ primi Donatarii habita in contractu non cenſetur adjecta ad limitandam Donationem, eamque faciendam temporalem, ſed in gratiam Subſtitutorum, & vocatorum ſubſequenter, ac ad indicandum gravamen reſtitutionis poſt mortem primi Donatarii, ut optimè explicat text. *in l. fin. de uſufr. earum, quæ uſu conſumuntur*, & probant fuſo calamo relati DD. *in prima Cauſæ deciſione §. Præmiſſæ autem fortius.*

Admittebant Defenſores Duciſſæ Mariæ veritatem hujus propoſitionis in abſtracto, ſed illam contendebant applicari Themati præſentis controverſiæ, ex quo negabant Jo: Georgium gravatum fuiſſe reſtituere Primogenitis ſubinde vocatis, id potiſſimè arguendo ex quo vocatio Primogeniti ſtipulata fuit per viam novæ donationis conceptæ verbis directis ibi *donavit, ceſſit, conceſſu, ac tranſtulit*, quæ ſine impropriatione, & violatione litteræ interpretari non valent, ut importent gravamen reſtitutionis, cum potius apta ſint novam directam vocationem à prima totaliter independentem importare.

Verum retenta regula, quo data contraria voluntate contrahentium verba directa obliquantur, & inducunt 11
gravamen reſtitutionis ſi non ex vi verborum; ex volito tamen diſponentium.

A ſingulis contractus Partibus eliciebatur Jo: Georgium gravatum fuiſſe reſtituere aliis ſucceſſivè vocatis. Primò etenim deprehenditur ex illis verbis *ſub litt. N.* inſtrumenti Primogeniturae ibi *deindè poſt illius mortem quandocumque ſupervenientem*, quæ important compendioſam complectentem fideicommiſſariam, *vulg. l. Centurio ff. de vulg. & pupill.* cum aliis per Pereg. *de fideic. ar. 4. ſub n. 19.*

Secundo ei fuit prohibita detractio Trebellianicæ, & falcidiæ, ut in inſtrumento donationis litt. geminata D. Unde cum Trebellianica non detur, niſi in præmium reſtitutionis, arguit proinde illius prohibitio, fuiſſe ipſi donata bona cum onere reſtituendi ſubſequenter vocatis, ut inferunt Urceol. *conſult. foren. 39. num. 14. & plur. ſeqq. ſignanter num. 22. & 23.* & Rota *dec. 460. n. 1. & 2. p. 14. recent. & in Romana Bonorum 28. Februarii 1695. §. Tum etiam cor. R. P. D. Molines.*

Nec urgebat ponderatio, quod prohibitio detractionum fuerit penitus inutilis in fideicommiſſo ordinato per contractum in quo locum ſibi non vindicat detractio falcidiæ, vel Trebellianicæ. Etenim quidquid ſit de hoc, cùm illa fuerit ſeriò & penſatè appoſita, & ulterius veſtita ratione, ut Bona omnia donata integrè perpetuò remaneant in familia Aldobrandina, hoc unum certum eſt ab ea induci gravamen de reſtituendo per viam fideicommiſſi, quia voluntas, 12
& intentio Teſtatoris, benè etiam deducitur ex falſa credulitate, vel actu nullo, ut tenet Pariſ. *conſ. 79. n. 16. lib. 2. conſ. 7. n. 25. lib. 3.* Rota *dec 934. n. 13. coram Seraph & in Toletana hæred. 16. Maii 1687. §. Tum denique coram me.*

Id ipſum comprobatur, ex quo in omni loco, in quo Donantes mentionem fecerunt de Primogenitis, qui aſſequi debebant bona poſt Jo: Georgium, eos vocarunt Succeſſores, ut patet ex ea parte, in qua demandatur præſtatio Juramenti ibi. *Et nihilominus Primogeniti Succeſſores prædicti ut*

cti, ut in Inſtrumento Primogenituræ litteris MM. & melius in demandando Inveſtimento ſcutorum quinque mille pro quolibet: ibi *Ut dictus Joannes Georgius, & ſucceſſivè omnes & ſinguli eorum Succeſſores in dicta donatione, & Primogenitura teneatur litt.* ZZ. idemque clarius habetur ſub triplicatis *litteris A.C.& G.* ex quibus patet, quod omnes Primogeniti vocantur Succeſſores Jo: Georgii, quod ſubſiſtere minimè valeret, niſi Primogenitura inciperet in Jo: Georgio, & ipſe conſideretur primus ex primogenitis gravatus illis reſti-
13 tuere, cum non poſſit eſſe Succeſſor, qui Anteceſſorem non habet, maximè attenta dictione aliis Primogenitis Implicativa ſimilium, ut perpendit Rota *coram Duran. dec. 146. n. 17. & ſeq. cor. Priol. dec. 21. n. 6. & in recent. dec. 104. n. 12. par. 6. & dec. 16. n. 9. par. 11. recent.*

Demum incaleſcit argumentum, ex quo in omnibus proviſionibus in Erectione Primogenituræ demandatis Jo: Georgius conſideratus fuit una ſimul cum aliis Primogenitis ſucceſſivè vocatis, & omnes æquiparati tam quoad honores, quàm quoad onera, unde ſicuti controverti non valet, quod alii Succeſſores invitati fuerint ſub titulo Primogenituræ, & gravamine reſtitutorio, ita pariformiter invitatus, ac gravatus cenſeri debet Jo: Georgius ad hoc, ut æquiparatorum eadem ſit ratio, & diſciplina ad monitum text. *in leg. prima ff. de legat. primo*, Bero *conſ. 27. n. 3. l. 1.* Surd. *conſ. 384. n. 22.* Marc. Anton. *variarum reſolut. lib. 3. reſolut. 15. n. 10.* & Card. de Luc. *de Emphyt. diſc. 50. n. 7. in fine.*

In quorum omnium corroborationem addi poteſt, quod veniente caſu, quod Jo: Georgius deceſſiſſet ſine filiis maſculis, voluerunt Donantes, quod ſuccedat Princeps Hippolytus per ea ſpectabilia verba in Inſtrumento Primogenituræ *ſub litt. R.* recenſita ibi *ſeu ipſo Joannes Georgio, ſeu deſcendentia prędicta deficiente in Caſtris, Bonis & Juribus donatis, ſuccedat Hippolytus illius Germanus frater* quamobrem, ut Hippolytus alicui poſſit ſuccedere neceſſe eſt Jo: Georgium in eadem Primogenitura præceſſiſſe, ut ei fideicommiſſo ſucceſſor eſſet Hippolytus ad tradita per Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. in præfato n. 9.* Giurb. *de feud. gl. 5. 2. §. n. 10.* Torr. *de ſucceſſ. in Primogenitura Italiæ par. 1. cap. 1. n. 3.*

Dato autem gravamine reſtitutionis in Jo: Georgio primo Donatario, inutilis remanet quæſtio hodiè denuò examinata à ſcribentibus pro Duciſſa Maria ſuper dualitate, ſeu duplicitate donationum, quarum alteram concipiebant præfinitum ad tempus Vitæ Joannis Georgii, aliam verò conditionalem pro ejus filio Primogenito ſi ſupererit, quoniam præter cętera argumenta in prętérita cauſę deciſione latè expenſa, contra appoſitam hanc qualitatem, hoc unum hodie ſufficit ad effectum, de quo agitur quod prima donatio, ſeu prima illius pars contineat gravamen reſtitutionis favore Comprehenſorum in poſteriori donationis parte, adhoc, ut etiam ſubſiſtente dualitate excludi minimè valeat ſucceſſio per viam fideicommiſſi, quia in his terminis duplicitas conſideratur tantum impropriè, hoc eſt tot eſſe Donationes, quot ſunt Perſonæ, ſeu gradus contemplati ad hoc, ut ſecundus Donatarius, ſeu ſubſtitutus non veniat ex Jure ſibi per primum tranſmiſſo, ſed independenter ex perſona propria, ſeu ex providentia Donantium, non autem ad hoc ut ſecundus Donatarius ſeu ſubſtitutus, non dicatur primo ſuccedere per viam fideicommiſſi, & ſic duę, vel plures conſiderentur Donationes, non autem una continens ſub ſe plures perſonas, & donationes, per quas unus alteri ſuccedat per fideicommiſſum ut benè ſemetipſam declarat Bald. *in conſ. 374. verſ. ſed contrarium videtur*, & clarius Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 1. n. 17.* ibi *quamvis impropriè reſultent tot Donationes, vel ſubſtitutiones.*

Quamobrem dato originario gravamine per fideicommiſſum in genere ſubalternante una cenſetur eſſe receptio, atque vocatio, licet in ſpeciebus ſubalternatis, tot conſiderentur donationes, quot Perſonæ, & gradus non ad excludendum gravamen reſtitutorium, ſed ut quilibet ex vocatis veniat Jure dilecto in unoquoque gradu, non autem Jure tranſmiſſo, itaut primo gradu excluſo veniat ſequens Jure ſuo, & donatio in præcedenti gradu jam conſumpta in ſe- 14
quenti tanquam nova incipiat, ac inſtauretur, ſeu ſtet principaliter per ſe ut Andr. de Iſer. *in c. Imper. §. Prętereà Ducatus n. 38. col. fin. verſ. cenſentur plures donationes de probibita feudorum alienatione*, per Federic. & Caſtr. *in l. fin. princip. C. de legat. & conſ. 164. n. . . . verſ. applicando igitur ad caſum noſtrum vol. 2.* tuentur Gratian. *diſcept. forenſ. 751. n. 23. & diſcept. 247. n. 10.* Molin. *de Primog. d. lib. 1. c. 1. n. 17.* Giurba *de ſucceſſ. feud. §. 2. gloſ. 13. n. 181.* & Rota in famigerata Viterbien: Caſtrorum coram Coccin. *dec. 1788. n. 43. & ſeq. & in ejus Confirmatoria 2121. n. 52.* & *53. ubi latè concord.*

Et ita etiam magiſtraliter diſtinguit Gloſſ. *in l. Servo alieno 116. §. ſi quis à primo ff. de legat. & fid. primo*, ubi poſtquam figuravit caſum duorum æqualiter inſtitutorum ibi) *inſtitui mihi hæredem primum nomine, & poſteà inſtitui ſecundum, & à primo legavi Titio Centum & à ſecundo legavi 200. eidem Titio, poſteà ita dixi, quæ legata reliqui, præſtari volo, certè videor repetiſſe tercenta.* Contrarium firmat dato gravamine ſubſtitutionis, & per fideicommiſſum ibi. *Secus autem eſt in iſto alio caſu: inſtitui mihi hæredem filium meum impuberem ab eo legata reliqui, eidem ſubſtitui Stichum, & ab eo ſubſtituto ita repetii &c.* Idemque firmat Bartol. ibidem diſtinguens inter ſubſtitutionem vulgarem, & pupillarem. Quapropter cum in caſu ſatis ſuperque probatum habeamus donationes non fuiſſe diverſas Jure directo, ſed tantum Jure obliquo, & deſignativo gravaminis in diverſis perſonis, & gradibus demandati, & duplicitas diſpoſitionis conſiderabilis non eſt niſi ad diverſificandum Jus vocatorum, quoad Jura fideicommiſſaria, non verò, ut vocatio unius propriè cenſeatur nova, & independens ab alia, ut nuper ex auctoritatibus relatis firmatum fuit.

Nec aliquid prævaluit apud DD. exaggerata obſervantia deſumpta, ex quo de iiſdem bonis donatis diſpoſuit Jo: Georgius; nec non etiam Cardinalis Hippolytus, qui non potuiſſet diſponere, niſi cum ſuppoſito donationis reſolutæ, & portionis ſuæ ad ſe reverſæ, ut dicitur in Romana Primogenituræ de Aldobrandinis 20. Junii 1687. *§. Concurrit pariter coram me.*

Animadvertebant ſiquidem DD. quod ex præſenti elicitur potius contraria obſervantia: Non enim quiſque prædictorum diſpoſuit de portione ſua, ſed uterque de omnibus bonis in Donatione comprehenſis, nempè Princeps Jo: Georgius diſpoſuit de integris bonis donatis idemque fecit Cardinalis Hippolytus. Et tamen data reſolutione donationis ad unumquemque reverſa eſſet portio propria, & neuter potuiſſet de omnibus bonis diſponere. Imò Cardinalis Hippolytus adeò diſpoſuit de integritate bonorum, quia ipſe tanquam ultimus ſuperſtes omnium fratrum, qui donaverunt, credidit potuiſſe, non obſtante, quod eſſet Clericus ſuccedere, & de omnibus bonis liberè diſponere, & proindè uterque proceſſit cum hoc ſuppoſito, quod donatio non eſſet reſoluta, ſed purificata liberè in ultimo ſuperſtite capaci, & cum pleno Jure de bonis donatis diſponendi favore hæredum & extraneorum, quod convalidat ad evidentiam argumenta omnia ſupra adducta, ex quibus elicitur talem eſſe effectum Juris, talemque ſuiſſe voluntatem donationum.

Et ita prætermiſſis levioribus, quibus ſatisfaciebant informantes, & præterita Cauſæ deciſio, reſolutum fuit omnibus Dominis ſuffragantibus, & partibus in acerrimo Contradictorio propria Jura deducentibus, &c.

SACRÆ

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ,
DECISIVOS DISCURSUS
CARDINALIS DE LUCA
In præſtantiſſimo ipſius
THEATRO VERITATIS ET JUSTITIÆ
Amplectentes, confirmantes, laudantes, &c.
SUPER MATERIA
DE LEGATIS, SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO ET RENUNCIATIONIBUS.
LIBER XI.